



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

collect. 1767.p.5. hoc tamen procedit, quando de dote incidenter agitur; & ideo delegatus ad causam matrimonij si ferat sententiam diuortij, pronunciare etiam debet, dorem restitui, ut in cap. de prudentia de Donat.int. vir. & uxoris secus si principaliter de dote agatur inter laicos: tunc enim ad iudicem secularem est deferenda, veluti quando dos petitur a viro, tamquam promissa, vel quando constante matrimonio mulier agit ex capite in opere, ad quam vergit maritus, vel quando repetitur mortuo viro gloso: in d. cap. de prudentia ver. incidenti accessoriis, & ibi etiam Barbo: nu. 3. & de offic. & pot: Episc. par. 3. all. 84 n. 29. & 30. & alijs apud Bonacini de contract. disp. 3. q. 11. pun. 13. nu. 1. nisi dos in testamento relicta sit puella pauperi: tunc enim non Iudex secularis, sed ecclesiasticus erit competens contra laicum, etiam principaliter, & ad instantiam partis Dian. par. 1 tract. 2. ref. 117. ubi citat Bobadill. in Polst. 10. 1. lib. 2. cap. 17. num. 10. in. fin. & in gloso: litt. G. Gutier. pract: qq. lib. 3. q. 29. num: 30. Cened. in canon. q. q. q. 37. num. 7. Ceuall. in tract. de Congnit. per viam violent. par. 2. q. 13. numero 4.

5 Infertur 3. quod quando agitur de processionibus, defunctis sepeliendis, alijsque actibus pietatis Iudex tantum ecclesiasticus est competens cap. 2. de iudic: Nauar. cons. 3. num. 6. de for. compet. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. II: numero 10.

6 Infertur 4. solum iudicem ec-

clesiasticum esse competentem.<sup>7</sup> quando agitur de iure decimarii, de iure presentandi, aut de titulo beneficij ecclesiastici, videlicet an Titius sit canonicè instituens: an ius decimarum, vel presentandi competit: tunc enim ius ecclesiastici iudicis est cognoscere, & iudicare cap. 2. & 3. de iudicio cap. causam 2. Qui si sint leg. elem. dispensiosi in eod. tit. de iud. si vero agitur de solo facto laici turbantis clericum in possessione beneficij, aut iuris decimarum, etiam coram iudice seculari agi potest contra laicum turbantem interdicto retinenda, vel recuperanda secundum Gutier. lib. 1. can. qq. cap. 34. num. 24. G. arc. de Benef. par. 1. cap. 1. nu. 39. Mart. de iuris id. par. 2. cap. 43. num. 18. quos referuntur & sequitur Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 13. itammodo posse etiam iudicem secularem compellere ad fidem sponsalium fernandam, quando certa sunt, tradunt Doctores apud Dian. p. 1. tr. 2. ref. 131.

### S V M M A R I V M .

- 1 Quando sponsali sunt iuramenti firmata, potest iudex ecclesiasticus sponsoris compellere ad matrimonium contrahendum.
- 2 Antequam ad coactiōnem procedatur, constare debet de sponsalibus antea contractis.
- 3 Qualiter cogendi sint sponsi ad contrahendum matrimonium.
- 4 Si sponsalia iurata non fuerint, in foro contentioso non est locus coactiōni.
- 5 Quando difficilis exitus probabitur

B b b 2 bī



- biliter timetur, vel aliqua rationabilis causa subest; Index ecclesiasticus abstinere debet à coactione.
6. *Dissentus Parentum inter iustas causas non numeratur.*
7. *Quid si ultra sponsalia sponsus cum sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & consanguineos inimicitia exorte fuerint.*
8. *Et quid si sponsus pluries accesserit ad dominum sponse.*
9. *An possit cogi qui absque iuramento promisit, se contracturā matrimonii cum una & deinde iarauit, se contracturā cū alia.*
10. *Quid si primum contraxit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius.*
11. *Et quid si cum secundi copulam habuit.*
12. *An impedimentum publica honestatis duret dissolutis sponsalibus per mutuum consensum, vel per mortem.*
13. *An cogi possit deprensus in stu pro, qui metu mortis, vel nè prodatur iustitia, promittit, se cum muliere matrimonium contrahendum.*

## C A P. II.

*An Sponsus ad contrahendum matrimonium posse compelli.*

I sponsalia iuramento fuerine confirmata, omnes concedunt, posse iudicem ecclesiasticum

censuris compellere sponsum, siue sponsam ad contrahendum matrimonium iuxta cap: ex litteris 2. de sponsal. & matr. seruata tamen forma Concilij Tridentini sess: 25. de ref. cap. 3. vt scilicet praecedat exequitio realis, & personalis, ut notat etiam Rico. in Prax. for. eccl. par: 4. ref. 406: nec propterea diceretur matrimonium in tali casu minus liberum, quia non dicitur iniuritus qui propter voluntariam promissionem vrgetur ad promissi solutionem; quemadmodum nec vim pati dicitur, qui propter iam suscepit beneficium ad ordines vrgetur, cū sponte suscepit beneficium, ut dicit gloss. in capit. requisuit eod. tit.

2. *Obserua tamen, quod antequā ad coactionem procedatur, constare debet de sponsalibus ante contractis Rot: coram Card: Caualer. dec. 421.*

Obserua 2. sponsos posse quidē carcerari, & excommunicari, ut metu carcerationis, & censuræ ecclesiastice ad contrahendum matrimonium inducantur, non tamen debet precise cogi ad illud contrahendum, nè consensus ad matrimonium requisitus deficiat: præsertim quia coactio- nes difficiles parvunt exitus d. c. requisuit ead. tit. de spōsal: & ideō si carcerati, & excommunicati pertinaciter recusent, debent relaxari, & absolvi, etiam si non petant Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. c. go. num. 8. Mantle. de T' acit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. nu. 10 Rico. in